

In Proverbia Salomonis (Sequitur)

LUIS DEL ALCÁZAR, S.J.

Caput 20

[f.63]

1. *Luxuriosa res est vinum et tumultuosa ebrietas; quicumque his delectatur non erit sapiens.* Valde suspicor per vinum et ebrietatem parabolice significari amorem saeculi. **[f.63v]** sicut alibi in Sacra Scriptura.

2. *Sicut rugitus leonis ita et terror regis: qui provocat eum peccat in animam suam.* Procul dubio loquitur de rege saeculi.

3. *Honor est homini qui separat se a contentionibus, omnes autem stulti miscuntur contumeliis.* Quasi diceret: honrada cosa es no traer pleitos, y traerlos cosa afrentosa y en esta cuenta entran todos los necios. Crediderim contentionem hic significari las pretensiones del mundo, alioquin enim non omnes stulti litibus forensibus implicantur et ea vox litis significat.

4. *Sicut aqua profunda sic consilium in corde viri, sed homo sapiens extrahet illud.* Jansenius explicat virum prudentem et intelligentia multa praeditum saepe intelligere latere in alieno corde consilium et veluti ex profundo eruere et exhaurire. Verum in hac explicatione non video aliquid dignum parabolae nomine nec documentum divioris sapientiae.

Dico ergo aquae profundae nomine abundantiam notare plus quam profunditatem, ut vidimus cap.18, et quod dicitur de exhauriendis consiliis intelligi debere non de alienis sed unumquemque sapientem sua conari exhaurire consilia quasi diceret multas et varias esse cogitationes et veras quae singulis accurrunt pero que el sabio los debe apurar et non in multis sollicitum esse nec turbari cum unum sit necessarium.

5. *Multi homines misericordes vocantur, virum autem fidelem quis inveniet.* Palam significat valde paucos esse vere fideles, id est qui fidem et pietatem colant, quamvis enim multi laudentur eo quod singuli laudibus prosequantur eos a quibus beneficium et misericordiam acceperunt paucissimi autem sunt qui veram sanctitatis laudem mereant.

6. *Justus qui ambulat in simplicitate sua beatos post se filios derelinquet.* Sensus est que el justo por pobre que sea deja ricos a sus hijos por dejarles a Dios por amparo y en quedarles Dios obligado les queda más que muchos cuentos de renta.

7. *Aurem audientem et oculum videntem Dominus fecit utrumque.* Sed peculiariter dicitur Dominus fecisse in quo singulariter elucet eius attributa sicut dicitur *haec est dies quem fecit Dominus*. Primo ergo dicitur Deus fecisse aurem audientem quia non omnes habent aurem audiendi et singularis beneficii dici debet quod quis non acceperit in vanum aures et oculos. Deinde non solum in moralibus sed etiam in naturalibus considerata ipsa aurium et oculorum natura nihil est in rebus corporis admirabilius et in... omnino elucet divinitatis vestigium ut merito dicatur aures et oculos prae se ferre [f.64] artificis nomen. Pro quo nota omnia animastica adeo excedere inter corporea ut unica inter Et cum in sensibus animae vitae singulariter illuceant isti duo sensus adeo caeteris praestant ut infinita quadam appareat differentia. Primo enim uterque ad obiectum longissime distans pertingit et auris quidem potentia et veluti districtus patet plus quam aut milliaria. Oculorum vero etiam usque ad firmamentum. Secundo, est in istis sensibus admirabilis quaedam perspicacia in suorum obiectorum distinctione nam odores, gustus et tactus intra eandem speciem vix possunt ulla ratione dignosci, voces vero et facies adeo dignoscuntur ab auribus et oculis ut in infinita multitudine numquam inveniantur duae voces omnino concordantes neque duae facies similes. Tertio, uterque est sensus descendens quia non solum uterque recipit suum obiectum sed auris per voces et oculos per characteres in universum recipiunt omnes veritates quid enim est quod non possit legi et audiri in quo etiam admirabilis horum duorum sensuum societas per quam possunt alter alterius loco substitui et ab altero adiuvari. Reliqui sensus a nonnullis obiectis offenduntur non solum propter excessum sed etiam propter repugnantiam quam habent cum illo obiecto, in specie ut gustus cum amarum, tactus cum asperis, nares cum

odoribus. Aurium vero et oculorum ea est ingenuitas ut nullum obiectum odio prosequantur et nihilominus adeo... * non absque concordia inter sua obiecta ut illorum discordia et mala proportio offendantur nam in deformis non offendit oculos singulare aliquod obiectum sed mala proportio et simile est in musica. Itaque isti duo sensus non offenduntur nisi vel obiecti excessu vel discordia inter ipsa obiecta sicut Deus omnes suas amat creaturas superbiam ferre non potest nec discordiam fratrum.

8. *Noli diligere somnium* etc. Sensus qui apud Jansenium est mysticus meo iudicio est literalis propter rationem quam ipse Jansenius redit in sequenti sententia aiet ut Malum est, malum est, dicit omnis emptor, quam literaliter applicat ementis sapientiam; vide ad Hebraeos 12 [11] *Omnis disciplina in principio videtur non esse gaudii sed moeroris*.

9. *Tolle vestimentum eius qui fideijussor stetit alieni et pro extraneis auferit pignus ab eo*. Hoc quoque ad literam sublimiorem habet intelligentiam quam putat Jansenius, nec enim fidei jussoris nomen simpliciter accipiendum est ut sonat, ut diximus cap. 6 in principio et cap. 11,7 sed pro peccatore et pro eo peculiariter qui alterius peccato obligatur absque propria utilitate que le cabe parte del pecado. Praeterea nimis angustum est ita accipere hanc sententiam ut prudentiam quandam humanam doceat creditores et moneat ut vestimentum fideijussoris non vereantur tollere si suis rebus expediat. Miror certe aliquem potuisse animum formare hoc esse Salomonis et Spiritus Sancti consilium et parabolam ad sciendam Sapientiam quid ergo dico 1° imperativa saepe non esse jubentis aut consulentis sed praenuntiantis aut prophetantis [f.64v] patet hoc in Psalmis et Prophetis et in nostra etiam loquutione vidi ego aliquando patrum aegre ferentes suorum nepotum infortunium et divinantem eos propter patris fideijusionis amplissimum patrimonium amissuros, dixisse: alto, a cavar, quasi diceret video vos deinceps mihi sedere comparandum. Sic ergo tolle vestimentum eius quitenle... id est ha de venir a pagar a que le quiten el saco et dabit tandem poenitentias... quas putabat.

Dico 2°, si quis omnino velit ut Salomon praebeat consilium creditori parabolice hoc esse accipiendum, nempe si fideijussores dicuntur hi quorum consiliis aut precibus peccatis involvimur, hi enim sunt qui nobis ut data fide securitatem, horum ergo vestimentum tollere, in carcerem eos detrudere id est quebrar con ellos et per eos calcatis transire si opus sit ut nostrum consilium bene prebamus. Dico 3° optime posse accommodare haec verba ad Christi Passionem quasi prophetando dicat Salomon ad Deum Patrem tolle vestimentum eius qui fideijussor est alieni.

10. *Ei qui revelat mysteria et ambulat fraudulenter*. Videtur significare ita fugiendum esse ab his qui dilatant labia, que hablan mucho vel adulantur, ac si nossem eos revelare mysteria et fraudulenter mecum agere.

11. *Qui maledicit patri* etc. Non solum intelligas maledicere al que echa maldiciones sed eum qui superbe et arroganter cum patre loquitur.

12. *Ruina est homini devorare sanctos et post vota retractare*. Ex notationibus Fray Luis patet hanc esse genuinam lectionem et sensus videtur congruere cum nostro proverbio que es mal caso... y dar los pies por amor de Dios.

13. *Lucerna Domini spiraculum hominis quae investigat omnia secreta ventris*. Vide an parabolice dicatur que el huelgo es como una antorcha que manifiesta lo que piensa allá dentro sicut enim per... agnoscitur vita, salus et infirmitas sic per verba noscuntur cogitationes et interiores affectiones. Caetera vide in Jansenio.

Caput 21

[f.65]

1. *Sicut divisiones aquarum ita cor regis in munera Domini* etc. Ex originali patet divisiones poni pro rivis verum nescio cur Jansenius recusat ita construere ut sensus sit cor regis esse in manu Domini sicut rivi sunt in manu Domini. Certe hanc constructionem postulat contextus et habet aptissimam intelligentiam, nempe regis consilia ita per Dei voluntatem temperari nunc ad populi pacem atque salutem, nunc vero ad eius ultionem sicut rivi per eandem Dei voluntatem gubernantur corriendo por donde Él quiere y a las veces enojándose saliendo de madre y haciendo mucho daño y otras veces regando y regalando la tierra.

2. *Omnis via viri recta sibi videtur, appendit autem corda Dominus*. Prima facie videtur significare neminem esse qui sibi non iudicatur iustus, verum vide quae diximus c.16,2 ex quibus patet multo alium esse sensum, nimirum omnia bona quae agimus a nobis conspici, non tamen propterea nobis de nostra iustificatione constare. Sic ergo debet construi omnis via recta sibi videtur, id est ab eo conspicitur justa, id quod habetur c.16 *omnes viae hominis patent in oculis eius, spirituum ponderator est Dominus*.

3. *Exaltatio oculorum et dilatatio cordis, lucernae impiorum peccatorum*. Lucerna es lo que guía y había de ser luz y si es pecado es tinieblas. Ait ergo impiorum lucernam esse tenebris obscuriorem, la vía que siguen y en que ponen su alegría y esperanza es exaltatio oculorum et dilatatio cordis, id est superbia et avaritia. Video aliter exponere Jansenium sed quod dilatatio cordis significet avaritiam videor mihi satis colligere ex Ps 100 ubi nostra litera habet superbo oculo et insatiabili corde ubi in originali coniunguntur sicut in praesenti exaltatio oculorum latus corde. Latitudo ergo cordis quando ac-

cupitur in bonam partem significat magnam capacitatem et quando accipitur in malam partem es querer abarcar mucho juxta id confidentiam habet quae possit influere Jordanem in os eius. Sicut excelsus oculus in bonum significare potest altos pensamientos ita et in malum altivos, alioqui videri poterat latitudo cordis opera.

4. *Cogitationes robusti semper in abundantia, omnis autem piger semper in egestate est.* Robustum appellat Sacra Scriptura quem nos appellamus valeroso, magnánimo.

5. *Qui congregat thesauros lingua mendatii vanus et excors est, et impingetur ad laqueos mortis,* quasi diceret el que quiere enriquecer con trampas y fraudes ese pagará en la horca por rapiña.

6. *Perversa via viri aliena est, qui autem mundus est rectum opus eius.* Quasi diceret el malo va por un camino errado y el bueno por un camino derecho.

7. *Melius est sedere in angulo domati quam cum muliere litigiosa.* Nota donatum esse id quod nos apellamus terrado. Melius ergo est sedere in angulo domati quam más querer subir aun.

8. *Anima impii desiderat malum, non miserebitur proximo suo.* Procul dubio sensus est impios desiderare quae in proximorum perniciem cedent atque adeo non misereri in calamitate illius, quod ergo ait desiderat malum intellige proximi.

9. *Mulcato pestilente sapientior erit parvulus et si sectetur sapientem sumit scientiam.* Sensus est que para los que no alcanzan mucho por sí es vieja cosa ver el castigo de los malos y tratar con buenos.

10. *Excogitat justus de domo impii ut detrahat impios in malum.* Suppono genuinam lectionem esse hanc. Deinde vero constructio debet esse huiusmodi: justum attendere in domo impii quomodo illa deturbet et in perniciem deducat impios. Nota ergo in quo sensu ponatur particula *ut* et verbum detraho ponitur sicut supra versus *rapinae impiorum detrahent eos.* [f.65v]

11. *Munus absconditum extinguit iras et donum in sinu indignationem maximam.* Literalis sensus est meo iudicio ille quem Jansenius putat esse misticum.

12. *Pro justo dabitur impius et pro rectis iniquus.* Notat Jansenius hebraea ad verbum habere redemptio justo impius et pro rectis praevaricator, et explicat quod cum ex aequitate divinae justitiae magnum aliquod malum imminet super provintiam aliquam quod etiam justis debeatur tunc justus supplicio malorum redimetur et expiabitur quodammodo, erunt enim impii veluti praetium et redemptio quibus pariter cessabit ira Dei. Haec ille, mihi tamen multo aptius videtur ut quando justus dicitur redimi et peccator pro illo tradi intelligamus justum antea fuisse veluti captivum et in vinculis detemptum, peccatorem vero non fuisse in eadem captivitate porque si darás

a Juan en rescate de Pedro, luego Pedro era el que estaba cautivo, quod si in eisdem vinculis detineretur Joannes non diceretur apte pro illo tradi, ergo cum in supplicio quod inminet verbum multo magis obligati sunt peccatores quam justis non satis apte dicitur dari recti pro iniquis. Adde quod in... rectis malis non est adeo in universum verum impios pro justis puniri sed potius plerumque contingit quod vulgari dicitur que pagan justos por peccadores. Quare magis decet Salomonis sapientiam ut commutata sorte quae plerumque manet justos et peccatores post hanc vitam pronunciet et justum tandem redimendum et pro eo tradendum peccatorem ut cap. 11[8] dixit, *justus de angustia liberatus est et tradetur impius pro eo*. Vide quae diximus ibi. Atque adeo plerumque in hac vita justos detineri captivos in domo calamitatis sive miseriae cum interim peccatores videantur liberi. Ait ergo Salomon futurum tandem ut Deus redimat justos dato pro eo peccatore perpetuo calamitatis mancipium. Facit illud Lc 21 *apropinquat redemptio vestra*.

13. *Thesaurus desiderabilis et oleum in habitaculo justis et homo imprudens dissipabit illud*. De constructione et versione optime Jansenius, de sensu vero literalis humiliter quam par esset; magis probo ut in domo cuiusvis justis dicantur esse magnae divitiae et abundantiae pinguedo quae peccatores non solum non assequuntur sed etiam persequuntur.

14. *Qui sequitur justitiam et misericordiam inveniet vitam et gloriam*. Plerumque legunt in secunda parte inveniet vitam, justitiam et gloriam, atque ita etiam habet nunc hebraea versio. Sixtus pontifex in sua correctione non legit inveniet vitam et gloriam qua ratione sententia est multo elegantior et aptior ut facile per se quisquam animadvertet, justus enim optime correspondet vita et misericordiae gloria atque ita non est nostra respondeat justitia.

[f.66]

15. *Superbus et arrogans vocatur indoctus*. En siendo uno soberbio es arrogante, su nombre es necio.

16. *Desideria occidunt pigrum*. Bene Jansenius sed ex sequenti sententia bene forsam colligitur sermonem esse de desideriiis rerum alienarum quasi diceret que muere de envidia.

17. *Testis mendax peribit, vir obediens loquetur victoriam*. Difficile est in hac sententia invenire aptam partium dispositionem. Suspicio Salomonem dum opponit testem mendacem viro obedienti significare voluisse obedientem esse testem veracem et in obedienti testem mendacem quod nemo non amplectatur libenter. Si in veri testis applicatione inveniatur aliquid quod aperte tribuatur obedienti. –Nota ergo cur hi qui pro Christo mortem libenter subire dicantur martires id est testes Christi et cum ipse Christus appelletur *testis fidelis*. Si ergo qui moritur pro veritate est testis veritatis ergo similiter qui abnegat semetipsum ut veritati obediat. Denique super lex est testimo-

nium alterum linguae et alterum vitae et Sacra Scriptura videtur de testimonio vitae plerumque loqui, qua ratione obediens pro veritate significatur et inobediens pro falsitate. Caetera bene Jansenius.

[f.67]

Caput 22

1. *Melius est nomen bonum quam divitiae multae, super argentum et aurum gratia bona.* Nomen bonum et gratia significat quod hispane dicitur ser bien quisto, et veritas huius sententiae maxime apparet in malis quae plerumque contingunt his qui multorum affectiones parvipendunt, his enim quo magis divites sunt eo magis timendum est ab adversariis.

2. *Dives et pauper obviaverunt sibi, utriusque operator est Dominus.* Suspicio hanc sententiam superiori conjunctam eodem spectare et rationem reddere cur divitiae sint adeo magni faciendae nec continendae occultarum quamvis pauperum offensio, ait ergo pauperem et divitem saepe sibi obviare et Deum utriusque esse creatorem, quasi diceret arrieros son y muchas veces se encuentran y no tiene el rico más de su parte a Dios que el pobre, qua loquendi ratione significari solet multa occurrere in quibus alter altero indiget vel alter alteri nocere y que no tiene el rico siempre las piedras y la cuesta.

3. *Callidus vidit malum et abscondit se, innoscens pertransit et afflictus est damno.* Adhuc nisi fallor persistit in eadem sententia quasi diceret que el discreto ve el mal que hay en tener muchos ofendidos y huye de este mal y el necio atrevese y págalo.

4. *Finis modestiae timor Domini divitiae et gloria et vita.* Modestia sive humilitate maxime cavere aliorum offensio sed qui se humiliat videtur se abiicere, ideo ait Salomon filiis modestiae timor Domini, el humillarse ha de ser por temor de Dios y entonces no sólo hay... sino divitias gloriam et vitam. Contra hunc sensum obiicies fortasse ex hebraeo ad verba reddit propter humilitatem timor Domini ergo non significat humilitatem non debere esse propter timorem Domini sed e converso. Respondeo hebraice varie reddi posse ut notat hic Jansenius eam ergo versionem quam sequutus est noster interpres dico ergo esse multo aptiorem ut patet ex explicatione.

5. *Arma et gladii in via perversi sive superbi, custos animae suae longe discedet ab eis.* Suspicio etiam hoc dictum contra eos qui in multorum offensionem propter superbiam incurrunt, quasi diceret que raras veces falta quien se vengue de ellos y que de estos peligros se libra el cuerdo que desea ser bien visto.

6. *Dives pauperibus imperat et qui accipit mutuum servus est foenerantis.* Apud prudentes non sunt dives nec sunt ne magni reditus auri sed qui ita se gerit ut servus non supersit unde aliorum necessitatibus succurrat qua ratione pauperes sunt qui semper alienis opibus egent quod miserum paupertatis et servitutis genus merito detestatur Salomon verum extendenda est parabola [f.67v] ut non solum in re familiari locum habeat sed etiam in honoribus et in spiritualibus.

7. *Victoriam et honorem acquirit qui dat munera, animam autem aufert accipientum.* Jansenius interpretatur de muneribus quibus iudicium corripitur, forte tamen non minus apte explicatur de honesta liberatione quae largienti maxime honorat et accipientem efficit illius servum.

8. *Qui diligit cordis munditiam propter gratiam labiorum habebit amicum regem.* Valde suspicor hanc sententiam esse explicandam juxta ea quae diximus cap.3,26.

9. *Oculi Domini cutodiunt scientiam et supplantantur verba iniqui.* Quasi diceret los ojos de Dios miran por la verdadera discreción y la favorecen, y a la falsa discreción de las palabras fingidas de los que quieren engañar desfavorece y los deja que se caigan.

10. *Ut sit in Domino fiducia tua unde et ostendi eam tibi hodie.* 1^a pars manifeste continet finem qui debemus intendere ex Sacrae Scripturae meditatione et crebro verborum Dei repetitione nempe consolari et confidere in Domino, arrimarnos a Él y consolarnos con el favor qu nos promete y con el favor que nos da y alentarnos con este socorro a servirle. In 2^a vero parte illa particula *unde* dupliciter accipi potest, 1, ut significet Salomon ab eodem Domino se accepisse hanc doctrinam quam tradit quasi diceret de quien yo la recibí. 2, forsam in praesentia nostra non tam originem quam finem quasi diceret para esto la enseñó Hic enim videtur esse hebraicae lectionis sensus.

11. *Ecce descripsi eam tibi tripliciter.* Inter sensus quos affert Jansenius mihi maxime probo ut tripliciter dicat propter 3 libros a se scriptos nempe Ecclesiasticum, Canticum, Proverbia, nam quod tripliciter idem sit quod multipliciter non debet facile minorem numerum extendi ut diximus cap.9,7.

12. *Illis qui miserunt te.* Bene Jansenius sed forsam illud *te* idem est quod ad te quasi diceret a los que te enviaron a preguntar. Caetera optime Jansenius.

Caput 23

1. *Quando sederis ut comedas cum principe diligenter attende quae apposita sunt et statue cultrum in gutture tuo.* Comieres ex positiones referun-

tur ad praecipendam in principe modestiam in verbis vel ad temperantiam in cibo et potu. Verum ego nescio aptare contextum tum quia diligenter attendere et statuere cultrum [f.68] in gutture videtur prorsus aliam habere vim, tum etiam quia conclusio Salomonis in hac parabola est ne desideres de cibis eius, in quo est panis mendatii quod alio spectat. Quod si quis respondeat non id praecipit ut non desideret quis de cibis sed ut non desideret de cibis eius in quo est panis mendatii, debuisset advertere illud in quo non esse restrictionem principis. Quia nec in principe est panis nec hebraea patiuntur hanc constructionem. Quod ergo dicitur ne desideres de cibis eius in quo est panis mendatii anda no deseas de sus manjares que es pan engañoso vel que hay en ese banquete pan engañoso vel que hay mucho engaño. Hebraice verbum sonat ne concupiscas delicias eius et hic panis mendatiorum vel cibus fallax et utcunque sit haec vero parabola non videtur permittere ut illa referatur ad temperantiam vel modestiam nec ut ad Sacrae Eucharistiae mensam accommodetur.

2. Perpende igitur an fortasse parabola haec omnino pertineat ad suadendum ut cum honestiorem se conveniunt juxta illa quae late prosequitur Eccli 13, hic enim sensus optime congruit cum supra dicta conclusione et parabolice mensa atque convivium postea familiaritatem et amicitiam cum principe... et erit constructio eiusmodi: quando sederis ut comedas cum principe si te convidare con su amistad diligenter attende, abre los ojos, mira que te quiere engañar, statue cultrum gutturi tuo, haz cuenta que te pone el cuchillo a la garganta quare... non esse desiderandos huiusmodi cibos fallaces etc. Sensus valde congruit cum verbis Eccli et omnino mihi in praesenti probatur si posset connectere illa verba si tamen habes in potestate animam tuam nec enim videtur cohaerere haz cuenta que te ponen el cuchillo a la garganta si eres señor de ti. Nisi fortasse aliter construatur statue cultrum in gutture tuo tenlo por cosa de gran peligro si eres hombre para echarlo de ver vel statue cultrum in gutture tuo. Ne ergo desideres de cibis si tamen habes in potestate animam tuam.

3. Perpende etiam an parabolicus sermo fortase percipiat ut in principum mensa fallace cultrum qui solet esse in manibus in faucibus collocetur id est si ut in manibus cultur separat carnem ab osibus et putamen a fructibus sic in eo ipso quod fauces probant et palato sapit interior consideratus cultibus distingui saporem externum ab interiori amaritudine atque periculo y eche de ver que no es todo pulpa sino que lleva grano sobre jugo.

4. *Ne erigas oculos tuos ad opes quas non potes habere quia facient sibi pennas quasi aquilae et volabunt in coelum.* [f.68v] Jansenius putat significari a Salomon divitias nom contingere sectantibus et contingere non sectantibus. Dico tamen non eo modo plerumque contingere et nihilominus

sapienter Salomonem ex incertitudine divitiarum ab earum studio exhortari. Sic ergo debet ordinari textus: ne erigas oculos tuos, id est ne anxie concupiscas divitias quia facient sibi pennas, id est quia forsam fugient a te, por- que acontecerá, id est puede ser que acontezca que por mucho que tú vuelles tras ellas mucho más ellas huyendo de ti hará engañar hic manifeste lector hebraico. Noster interpres optime expresit intentionem Salomonis ne erigas oculos tuos ad opes quas non potes habere, hay riquezas que está en tu mano alcanzar de ellas tanto cuanto trabajares y de estas trabaja norabuena y hay otras que no se alcanza más mientras más solicitud se pone, y en estas no se debe poner tanta diligencia.

5. *Ne comedas cum homine invido* etc. Bene Jansenius de mensa avari sed illa verba in similitudinem arioli conectoris aestimat quod ignorat sic videntur accipienda quiere que le suceda como él lo imaginó v.gr. Que no se gaste más que tanto y que se le siga tal provecho et alia minutiora. Y estas brújulas y cuentas sucias y menudas agrian toda la fiesta del banquete y pro- duce que no sucede como él lo tenía trazado.

6. Caetera bene Jansenius nisi quod corticem solum literae explicat et animavertere indignum esse nomine parabolae ut ab ebrietate simpliciter de- hortetur Salomon. Quare proculdubio sensus literalis est ille quem Jansenius ait esse spiritualem. Et sic intelligit D. Gregorius quem adducit. Vide etiam quae diximus cap.1, no 22.

Caput 24

1. *Septies cadet justus et resurget*. Augustinus 11 de Civitate, cap.31 ait Salomonem non de iniquitatibus sed de tribulationibus intelligi voluisse, se- quitur enim lectionem 70 cuius contextus non permittit aliter intelligere, sic enim habet noli applicare impium ad pasquam justorum nec seducaris saturi- tate ventris, septies enim cadet iustus etc in quo proculdubio monemur ut non seducamur felicitati quae interdum videntur frui peccatores nec comparemus eam cum pasqua vel domibus justorum quia licet aliquando videantur in va- rias calamitates incidisse justos verum resurget él levantará cabeza [f.69] ab hoc sensu videtur valde abhorreere nostra lectio, ait enim ne insidieris et quae- ras pietatem in domo justi nec... requiem eius, septies enim cadet et resurget. Quae verba Jansenius non videt quomodo interpretaari nisi de culpis in quas justus saepe labitur.

Dico tamen maiorem debere apud nos esse auctoritatem 70 quam ut ab eius sensu facile recedamus et ab eo praesertim sensu qui Patrum exposi- tione confirmatur. Quare dico nostram litteram sic videri intelligendam: ne

insidieris nec quaeras impietatem in domo justii quasi diceret cuando vieres en su casa trabajos no andes a buscar si hizo algún grave pecado por el cual le castiga el Cielo, que bien acontece haber adversidades en casa de un justo y al cabo de todas ellas sale bien. Haec de sensu. De illa vero dictione *septies* quamvis plerumque notent poni numerum finito pro infinito supra tamen cap.9,6 adnotavimus numquam parvum numerum poni pro infinita multitudine nec in praesenti opus est maximam multitudinem denotari ut patet ex supra dicta explicatione. Adde quod multi libri legunt *septies* in die et plus quam septem calamitates in eundem diem incidere nimium est.

2. *Ne contendas cum pessimis*. De contentione imitationis sermo est proculdubio idem est enim verbum ne contendas ut ne aemuleris.

3. *Time Dominum fili mi et regem*. Optime Jansenius sed forte est occulta comparatio quasi diceret time Deum sicut regem.

4. *Praepara foris opus tuum*. Sub praepara inicio opus tuum et dispone illud in agro tuo suspicor eum qui aedificare domum admoneri ut prius praeparet necessaria que junte primero el material y lo disponga quo multa plura in universum docemur ut si quid magnum molimur necessaria prius provideamus.

5. *Ne sis testis contra proximum tuum nec lactes quemquam labiis tuis*. Quasi diceret a la par has de huir de levantar al prójimo falso testimonio y de adularle.

Caput 25

1. *Gloria Dei est celare verbum et gloria* quasi diceret primor de Dios es encubrir lo que sabe y primor del rey es inquirir lo que no sabe. Vide Jansenium.

2. *Coelum sursum et terra deorsum et cor regis inscrutabile*. Significat valde expedire ut consilia regis prorsus ignorentur ne illorum exequutio impediatur. [f.69v]

3. *Aufer rubiginem de argento* etc. Egregia sententia qua rex consulitur ut sceleratos ministros e medio tollat et sermo praesertim est de his qui assistunt regi. Nota his tribus primis sententiis huius capituli per ordinem praecipii 1º ut rex sit semper sollicitus nec adeo ministris suis fidat ut investigandi curam ipse deponat. 2º, ut ab ipsis etiam ministris rex abscondat consilia ne possint ea per scolum impedire. 3º ut magni referre putet schoria ministrorum...

4. *Sicut frigus nivis in die messis ita legatus fidelis ei qui misit illum*. Sensus qui apud Jansenium est spiritualis videtur esse literalis, alioquin enim frigidum est ut de caeteris legationibus simpliciter loquatur Salomon.

5. *Dens putridus et pes lassus qui sperat super infideli in die angustiae...* aliquando duos nominat dicens conjungi minus formaliter. In presenti ergo non comparatur dens putridus speranti super infideli sed fiducia eius comparatur denti putrido et in hoc etiam capite dum dicitur mala aurea et utrumque patet qui loquitur in tempore suo non ipse loquens sed eius verba comparantur malo aureo et utrumque patet in hebraeo. Porro sperare super infideli quales sunt omnes manus et transitores que si hombre se fía de ellas no sólo se halla burlado sino con dolor de muelas o de gota.

6. *Et amittit pallium in die frigoris.* Haec veba in nostra lectione annectuntur superiori sententiae atque ita significatur eum qui sperat super infideli in die angustiae non solum nititur denti putrido sed etiam amittet pallium in die frigoris que teniendo frío ni puede comer ni hacer ejercicio ni tiene con qué abrigarse y cáusale dolor lo que podría abrigar sin dolor. Hoc tamen hodie sequenti sententiae conjungunt

Acetum super nitrum et cantans in canticis super corde malo. Hanc lectionem sequitur relicta (ut apparet) Vulgata, verum hoc loco multo verosimilius est corrigendam esse lectionem hebraicam quam e contra, quia Vulgata habet convenientissimum sensum ut patet ex dictis, hebraica vero non potuit a Jansenio aptari, si vero seorsum accipiantur illa verba acetum in nitro qui cantat carmina corde pessimo nexus est facilis sive sequamur expositionem Jansenii sive dicamus magnam esse... ad sejungendam cordis tristitiam quod fortasse est magis verosimile.

7. *Ventus aquilo dissipat pluvias et facies tristis linguam detrahentem* [f.70] Jansenius omnino putat nostrum interpretem intellexisse per tristitiam vultus audientis prohiberi detractionem sicut ventus aquilo fugat pluvias et sententiam quidem in eo sensu sequuntur non solum Beda-Venerabilis Beda, *Super parabolas Salomonis allegorica expositio*, c.25. ML 91,1014. cum latinis sed etiam nonnulli hebraeorum ut PagninusSante Pagnini, Lucensi, *Lexicon hebraicum*. Lugduni 1577.; nihilominus haec explicatio mihi valde suspecta est et desumpta videtur potius ab experientia nostra quam ab experientia eorum qui in Palestina degunt. Non enim habet locum expositio Bedae si in Palestina sicut in Africa regulariter loquendo flante aqillone sequitur pluvia quod vero ita contingat testantur Rabi Salomon et Rabi... quos affert Jansenius et testari etiam videntur hi qui bene noverant, nimirum 70, Simmacus et Aquila, ut patet ex eorum translationibus. 70 legunt ventus Aquilo suscitatur nubes parturit imbrem, Simmacus dissolvit pluvias, quis ergo credat hos omnes contra experientiam transferre voluisse. Accedit quod Arias Montanus ex hebraeo ad verba redit ventus aquilo parturit imbrem et tandem si cum latinae locutionis expedias dissipare pluvias quod est in nostra lectione potius fortasse est diffundere, spar-

gere, dissolvere, quam prohibere. Notum est quod sit apud latinos dissipare famam, sc rumoru sermonem et quamvis aliquando dissipare humorem sit idem quod donde quiere gatarlo numquam tamen dissipare est prohibere. Sensus ergo nostrae lectionis est, sicut venus aquilo imbrem effundit sic tristitia parturit detractionem, que el enojo brota luego por la boca et idem est proculdubio sensus hebraicae lectionis quam exprimit Arias Montano. Jansenius ait quosdam aliter vertere ita ut non dicatur facies tristis parere linguam detrahentem sed e contra.

8. *Fons turbatus pede, et vena corrupta, justus cadens coram impio.* Non satis video quomodo apte exponatur haec sententia nec de lapsu in calamitatem, quare suspicor cadere coram impio praesenti esse idem quod prosternere se coram impio et facit quod Pagninus in Thesauro sic vertit justus inclinans se coram impio et quidem caer et humillarle moraliter accipi debent ita ut ille dicatur coram altero cadere et eum venerari qui eius vel opes vel honores admiretur. Cadit ergo justus coram impio quando re ipsa obliviscitur eius quod docemur in Ps [58,9] *ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus* qui ergo felicitatem impii [f.70v] non contemnit videtur eam suspicere et venerari atque adeo coram illo cadere etiam justus qui eo modo cadit optime comparatur fonti pede turbato in decore enim inficitur pulvere et sordibus quibus super natate debebat interim nondum purificatur nec se praebet speculum nec refrigerium. Caetera bene Jansenius.

Caput 26

1. *Sicut avis ad alia tranvolans et passer.*

1^a expositio Jansenii est multo aptior quam 2^a. Sed nota comparisonem videri desumi ab eo qui mittit passerum volentem ad aliquem que para que vaya a casa de fulano no basta que yo le eche a volar con esa intención.

2. *Ne respondeas stulto juxta stultitiam suam ne efficiaris ei similis, responde stulto juxta stultitiam suam ne sibi sapiens videatur.* Quasi diceret no le hables en necio de manera que lo seas, pero háblale en necio de manera que te entienda para poderle corregir y entrar con la suya para salir con la tuya.

3. *Claudus pedibus et iniquitatem bibens.* Quasi diceret no tenía defensa el pie para ello y gana tenía de tragar cualquier inconveniente.

4. *Sicut qui mittit lapidem in acerbum mercurii ita qui tribuit insipienti honorem.* Suppono acerbum mercurii esse idem quod acerbum lapidum ut patet ex originali et ex his quae notat Jansenius. Deinde dico sensum esse huiusmodi, quasi diceret que... necio es echar piedras al montón, si v.gr quis

habeat filium stultum et multas accumulet divitias ut eum valde honoret quod amplius praestat quis se lapides in cumulum coacervaret inutile omnino sunt et ideo inutilis est coacervandi labor.

5. *Quomodo si spina nascatur in manu temulenti sic parabola in ore stultorum.* Non videtur Jansenius assequutus huius parabolae sensum in qua omnino sumitur comparatio a quo contingit temulento quando eius forsam manus infigitur spina cum enim prae insania doloris sensu careat nihil curat spinam educere et aliquam sibi facere medicinam atque ita relicto manus tumore inflamatur non ergo facit spina in manu temulenti id quod factura videbatur nimirum pungere et stimulare sed facit id quod in non temulenti non efficeret nempe tumorem praeter quam in nostra litera dicitur spinam nescio [f.71] et in hebraeo ascendere et in greco geminare porque la hinchazón es como nacido y con ella parece que se levanta y crece la carne hoc proculdubio est comparatio cuius explicatio aptissime cohaeret nam parabola sive sententia moralis quae forsam a stulto profertur videbatur stimulum allatum conscienciae compunctionem atque dolorem si homo esset compos sui, cum tamen sit mente abalienata non pungitur suis sententiis sed inflammatur. Vide illud Pauli *scientia inflat* nempe stultos.

6. *Judicium determinat causam et qui imponit stulto silentium...* quod legerit in hebraeo noster interpres optime Jansenius, sensus autem ut brevi dicam videtur esse huiusmodi: con la sentencia definitiva se acaban los pleitos y para acabar las contiendas había de ser ponerle perpetuo silencio. Iterum hic repetit Jansenius verbum illud quod cap. 27 redditur dissipat significare idem quod fugere et prohibere, dico tamen optime in praesenti explicari per dissolvere nam iudicium solvit litem.

7. *Sapientior sibi videtur piger septem viris.* Quasi diceret en medio de su flojedad se estima en más que los siete sabios de Grecia.

8. *Sicut noxius est qui mittit sagittas et lanceas* quasi diceret el que so capa de amigo agravia a su prójimo es como el que de lejos le tira con que matarle y le quiere herir a su salvo.

9. *Quomodo si argento sordido ornare velis vas fictile sic labia tumentium cum pessimo corde sociata.* Quasi diceret un hombre de mala conciencia y de gran apariencia y donaire y viveza en la lengua es un vaso de barro con la cubierta de plata falsa quasi diceret huiusmodi homines parvipendendos esse.

10. *Septem nequitiae sunt in corde ipsius.* Quasi diceret no es nada sencillo tiene siete dobleces.

11. Qui volvit lapidem revertetur ad eum Eccli 27,18 videtur in eodem sensu dici qui in altum mittit lapidem super caput eius cadet; forsam vero volvere in presenti est jacere in altum giratur enim in aere et postquam ascendit revertitur. Caetera bene Jansenius.

Caput 27

1. *Ira non habet misericordiam* etc [f.71v] bene probat Jansenius huius parabolaes sensum esse invidiam esse ira et furore crudeliorem.

2. *Et domum fratris tui ne ingrederis in die afflictionis tuae*. quasi diceret no vayas a valerte de tu hermano antes vete a valerte de tu amigo hic enim tibi melius succurret.

3. *Qui retinet eam quasi qui ventum...* quasi diceret quererla hacerle callar es querer enfrenar los vientos o querer hacer que no brame el viento bravo et oleum dexterae suae vocavit in correctione Sixti Pontificis legitur evacuavit quam lectionem quam probat Jansenius. Verum si vocare ut ille notat sit velle retinere perinde est sive dicas eum qui vult retinere foeminam esse similem ei qui vult in manibus retinere oleum sive dicas cuidar oleum est operam perdere et si per oleum intelligatur unguentum odoriferum et sensus sit mulierem exosam similem esse v.gr a unguento de ambar que por más que le escondais nihilominus vocat seu clamat, id est prodit se, si hic inquam esset sensus facilis erat variis lectionibus concordia nam evacuare oleum erit infundere unguentum atque adeo illum odorem late aspergere verum in neutro horum sensuum acquiescitur animus. Primum enim non est adeo difficile mulierem domi clausam retinere cum celares in promptum sit quare non videtur probanda lectio Montani abscondere eam abscondit ventum neque scio quorsum... absconsio venti. Deinde oportet edere rationem cur oleo adjungatur dexterae quia si solum voluit Salomon comparisonem ex oleo vel unguento quod sit in manibus cur peculiariter appellabit illud oleum dexterae mihi prorsus videtur ista frasis non cohaerere cum sensu grammatico quod enim est al quite de la mano derecha. Dico ergo dexteram in Sacra Scriptura solere ponere in Ps 144 [143] *dextera eorum dextera iniquitatis* et Gn 35,18 unus ex filiis Jacob appellatur filius dexterae. Olei etiam nomen Patet in Sacra Scriptura significat pinguedinem et vires robustiores, fortasse etiam significat prudentiam. Vide ergo an cum dicitur qui retinet eam quasi qui ventum tenet, sensus sit que el que quiere tenerse con ella, con la mujer pendenciera, es como el que quiere forcear con un viento recio [f. 72] et oleum dexterae suae vocat seu requirit seu invocabit que habrá menester valerse y llamar en su favor todo el valor fuerza y prudencia que se puede preparar vel evacuabit que perderá o empleará mal el valor de que se precisa por su destreza y prudencia. Nota filium dexterae el que más precisa su padre multo magis mihi probatur si intelligamus Salomonem de cognitione qua prudens se ipsum cognoscit. Vide Jansenium.

5. *Quomodo probatur in conflatorio* secunda expositio Jansenii videtur magis probanda et facit quod aurum falsum in fornace evanescit pues el que parecía virtuoso si se desvanece con las alabanzas no lo era de veras.

6. *Si contuderis stultum in pila quasi* Jansenius credit ptisanas esse hordeum decorticatum et credit haec parabola nihil aliud significari nisi vexationem non dari intellectu stulto peccata... prematur et urgeatur. Verum in hac explicatione non caret scrupulo quod severa castigatio stulti comparetur contusioni hordei decorticati potius quam tritici aut hordei communis. Vide ergo an forsam contundere ptisanas accipiendum sit terminate pro eo quod est contundere hordeum ad faciendas tizanas. Hac enim ratione in eo comparatio quod sicut qui contundit hordeum ad faciendam tizanam quantumvis contundat post folliculum ab hordeo superari sic non aufert stultitiam a stulto qui eum contundere velit nec enim minus tenaciter adhaeret ei stultitia quam folliculus hordeo aut forsam significatur arte potius et dexteritate quam viribus utendum esse ad exuendum stultum stultitia sicut ad folliculum hordeum nihil prodest contusio et tamen si forsam unumquemque granum accipiam et pacienter opere mittendas tandem perficies. Hactenus per tyzanam explicavimus hordeum decorticatum si vero tyzana proprie significat id quod alii volunt, nempe cremonem la leche que se saca del grano contundere tizanam est contundere hordeum ad educendum cremonem para hacer hordiate et forsam significat ex hordeo puede... per contusionem fieri posse edulium gustui suavem stulti vero nulla arte nulla contusione sic parari posse ut devorari quaeat.

[f.72v]

7. *Diligenter agnosce vultum pecoris tui* Jansenius putat his... sequentibus Salomonem adhortari ad litteram ad curam pecorum. Verum parabolico sermone magis congruit ut sub hac loquendi figura meliorem aliquam et utiliore doctrinam litteralem continere credamus. Eam vero in presenti suspicor esse ut unuquisque sua fortuna contentus vivat et non tam magnis opibus quam applicatione et providentia requiem et abundantiam comparari et contineri credat ait ergo diligenter agnosce vultum pecoris tui quasi diceret no tienes otra hacienda sino un poco de ganado aplícate a él y cóbrale amor non enim habebis jugiter potestatem sive opes déjate de otros mandos y riquezas que no las podrás alcnzar y cree que las coronas y ceptros están vinculados y es por demás el procurarlas para ti que todo está cerrado. Aperta sunt prata et apparuerunt herbae etc acapara tu officio tienes comodidad y anchura y si te sabes bien repartir para todo lo que has menester alcanzar, v.gr agni ad vestimentum tuum et heri ad praetium agni et lac caprarum in necessaria domus tuae con el dinero de los corderos podrá vestir toda tu casa y con el precio de los cabritos pagar el... y con el precio de la leche de las cabras habrá para el ordinario de toda la casa et denique in quacumque fortuna si apte singula distribuas facile invenies requiem et vitam beatam.

Caput 28

1. *Perpende an possit sic explicari.* Ut multitudo principum dicatur esse propter peccata terrae id est multitudinem peccatorum deservire de que haya grandes males porque a río revuelto ganancia de pescadores. Dicitur ergo propter peccata terrae quasi diceret no por bien de la tierra sino por mal de ella, vita vero longior principis valde juvat ut homo possit vacare sapientiae.

4. *Quomodo in aquis resplendet.*

2. *Vir pauper calumnians.* Suspikor imbrem vehementem non significari in praesenti plus quam imbrem abundantem et qui videbatur fructibus valde oportuna hebraea enin sic habet vir pauper opprimens pauper etc. [f.73] videtur ergo sermo esse de paupere qui constituitur iudex et nihilominus opprimat pauperes, pauperibus enim iudex pauper videbatur esse pluvia oportune et abundans quod si probatis non succedat sed contra ille videbat expertam fortunam pauperum misereri. Opprimat illos perinde est ac si post pluviam abundantem et oportunam nihilominus fructus sint exigui aut nulli.

Caput 29

Pauper et creditor obviaverunt sibi. Vide quae diximus capite 22,2.

Caput 30

1. *Verba Congregantis.* Video duas explicationes extremas quarum prima est Agur, Ethiel, Aeducal esse nomina propria et haec esse verba Agur filii Sacar scripta ad Ethiel Aeducal. Altera expositio nullum hic esse nomen proprium sed Salomonem appellari Congregantis et filium Vomentis.

Dico 1º, aliquando in nostra lectione explicari latinae significationis nominis proprii atque adeo si is videretur esse verus sensus non repugnabat quod in nostra lectione ponantur appellativa loco nominum propriorum.

Dico 2º, sive sint nomina propria sive appellativa et fortasse magis facescere quod Ethiel Aeducal sunt in hebraeo dativi vel adversativi cum propositione ad et in nostra lectione videntur esse nominativi hic enim legitur dixit vir ad Aethie Deus, sive ad mecum Deus, et nos legimus *loquutus est vir cum quo est Deus.*

Dico 3º, mihi esse valde verisimile haec nomina Agur, Aethiel, Aeducal, nec esse omnino propria nec omnino appellativa sed media quada ratione ficta ex appellativis ac si essent propria per quandam prosopopeiam, ut si vg ego dicerem dijo bien me quiero o tengome en algo parientes somos. Multa

huiusmodi sunt in eo libro qui inscribitur El deseo. Similiter ergo in praesenti verba Agur filii Jache prophetia quam dixit Aethiel Aeducal parabolicus mihi videtur esse sermo quasi diceret las honduras en que se metió el allegado hijo del ramadán hablando con sus dos amigos mecum Deus et Potero.

Sed explicemus magis ut huius frasis elegantia conspiciatur. Congregantis nomen thesaurizantem mihi repraesentat, Vomentis vero appellatio nisi fallor profusam liberalitatem importat, qui enim vomet videtur nihil retinere [f.73v] et viscera ipsa videtur velle ejicere et elargiri, et cum dicitur filius Vomentis to filius justa frasim hebraicam denotat imitationem sive ingenium quare Congregator filius Vomentis erit el que atesora con intención de repartir y derramar.

Et huiusmodi sunt qui thesaurizant sibi sapientiam. Non enim solum sibi laborant ut habetur Ecli 24 in fine. Atesorando pues estas grandes riquezas que se atesoran para repartir viro novo a levantarse en espíritu y hablar con sus dos amigos Mecum Deus et Bene potero, que es hablar consigo y esforzarse diciendo mecum Deus et Bene potero, qua loquendi ratione significatur sapientia ductus congregata aliquid magnum supra suas vires aggredi per Dei confidentiam et merito sane, aggreditur enim Mysterium Trinitatis quod veluti evomere et manifestare cupiebatur quamvis ei valde dissimile videretur. Ex hac explicatione facile conciliat nostram lectionem cum hebraica et ostendit quam sapienter noster interpres judicaverit opus esse latine reddere significationem eorum nominum qui videbantur esse nomina propria et quomodo eadem prorsus manente ut facilius perciperetur non diceret noster interpres loquutus est vir ad mecum Deus sed vir cum quo est Deus.

Nota etiam parum fortasse referre examinare an loquatur Salomon de se ipso vel de alio sub nomine Agur quamvis enim apte intelligamus Salomonem esse Agur filium Congregatorem et figurate per tertiam personam de se ipso loqui non tamen constat an voluerit se ipsum aut alium denotare non dico alia qui proprio nomine appellare Agur, iam enim diximus hoc esse nomen figuratum sed fortasse Davidem aut alium prophetam.

Verum supposito quod de se ipso loquatur Salomon, dubitatur quo modo. Respondet D. Thomas si de Misterio Trinitatis agere vellet aptissime et verissime sic fuisse incepturum *stultissimus sum virorum* etc non patitur me ea quam de Sapientia niti ad ea tractanda quae modo aggredior, ad illa enim si me ipsum considero cum mea omni disciplina stultissimus virorum nemo me magis stultus hago cuenta que no he estudiado nada ni sé palabra de teología solo estribo en la revelación de Dios y en que con ella me puedo arrojar.

[f.74]

3. Nota Sixtum in sua translatione legere *et non novi scientiam sanctorum* et sic iam explicavimus sed licet affirmative legeremus *et novi scientiam*

sanctorum apte tamen decurrebat nostra explicatio que no hace cuenta que sabe nada para lo que ha de tratar solo sabe lo que la Tradición de los santos conservaba de este misterio.

4. *Quis ascendit in coelum atque descendit.* Mihi non videntur haec verba continere perifrasim sed potius ignorantiam hominum in rebus divinis et praesertim in his que spectant ad Deum ut est in se, ait ergo quis hominum ascendit in coelum et contemplatus Deum atque divina descendit ut ea nobis enarraret sed quod sit nomen eius aut nomen filii eius qui spiritum naribus continet et colligit aquas quasi in vestimento et stabilis omnes terminos terrae. Ista sunt 3 perifrasis et Deum nomen eius quibus istae perfrasis competunt et nomen filii eius indicat proculdubio omne misterium Trinitatis respicit. Sed quia nondum erat tempus magis explicitae doctrinae in re tan sublimi eo contentus fuit brevi, occulte et per interrogationem tangere potius quam explicare, ita tamen interrogat an Deus habeat filium sed eo praecepto inquit quod sit nomen eius et nomen filii eius. Quid vero importet nomen in praesenti vide Jansenium.

5. In triplici perifrasi supra dicta forte etiam occulte adumbratur mysterium Trinitatis indicato illius vestigio in hac triplici machina inferiori quam oculis cernimus, id est tribus elementis terra, aqua, aere (ignis sphaeram nec videmus nec forte scimus an sit). Terra ergo utpote fundamentum cui aqua et aeri mutuatur forte refert primam personam Trinitatis, aqua ergo media secundam, et spiritus tertiam et miraculum quod in unoquoque istorum elementorum admirabilem uniuscuiusque personae substantiam aliquo modo figurat.

6. Omnis sermo dum ignitus addas quod iam verbis illius dum ignitus est purus quasi igne examinatus ut bene probat Jansenius et non sermo Dei sed Deus ipse clipeus sperantibus in eum ut patet ex hebraeo, quod vero attinet ad contextum valde suspicor has sententias esse adjutas post indicatum mysterium Trinitatis ad eius misterium fide confirmandam quasi diceret interrogatio illa *quod est nomen eius et quod est nomen filii eius* prophetiam continet id est Dei revelationem. Attende ergo verba Dei esse purissima ut igne examinata ne dubito de veritate misterii sed potius ei te confidenter commenda si vis ab eadem protegi Trinitate, confidenti enim in illa clipeus est admirabilis nec vero supra dictis verbis aliquid addas, no compongas de tu cabeza, ne aliquid fingas praeter id quod accepisti id est alienum ab his quae Dei veritas docet.

7. Hactenus de misterio Trinitatis, deinceps vero Salomon adjungit alteras tres parabolas quarum prima est *duo rogavi te, ne deneges mihi* etc Vanitas videtur esse el engaño con que viven los que no viven desengañados et verba mendacii el querer engañar a otros, deinde divitiae inducunt in vanitatem, men-

dicitas in verba, utrumque ergo designatur scilicet culpam et culpaе occasio-
nem. Quod si objicias hanc orationem non convenire regi Salomoni. Respon-
deo ex generali doctrina desumi orationem et causam etiam regibus convenire
sed divitia et mendicitas juxta uniuscuiusque statum intelligi debet contingit
enim reges alioqui opulentissimos non minus mendicare quam pauperes pan-
nesos et omnes adversari debemus nimia... et nimiam adversitatem quatenus
inducunt in culpam et singulas amare quatenus juvant ad Dei gloriam.

8. *Ne accuses servum ad dominum suum* etc. Sub singulari exemplo in
universum praecipit cavere ab offensione parvulorum et eorum maledictio-
nes ait saepe non esse irritas.

9. *Generatio quae patri suo maledicit* etc. Hos quatuor versus sequen-
tes seorsim accipit Jansenius quasi non dependerent ex superiori etque ita
ait in eis proponi 4 genera hominum maxime [f.74v] detestando ob singu-
larem vitio rum gravitatem. Sed contra est quod de his 4 generationibus
praeter morem suum nihil enuntiat Salomon sed solum eos enumerat quare
ex praecedentibus videtur petendum quid de his generationibus dicatur, et
prima quidem facie poterat videri eiusmodi constitutio: ne acuses servos
ad dominum suum ne tibi maledicant et corruas, est enim generatio adeo
maledica ut neque suis parentibus parcat, es gente que no le perdona a su
padre ni conocerá su culpa ni se humillará sino antes se encrudelizarán.
Non tamen placet ista constructio quia cum in superiori sententia dum ait
ne acuses servum ad dominum suum omnino velit detertere potentiores ab
offensione parvulorum non cohaeret ut dicat servorum generationem adeo
esse crudelem ut pro dentibus habeat gladios ad comedendos inopes de
terra et pauperes etc. dicturus enim erat ad comedendos potentiores. Forte
ergo isti 4 versus subiiciuntur in detestationem eorum qui audent accusa-
re servum ad dominum suum ac si diceret huiusmodi homines adeo esse
maledicos ut neque suis parentibus parcat, adeo insolentes et inflatos ut se
ipsos mundos judicent, adeo crudeles ut videantur velle devorare inopes et
afflictos.

10. *Sanguisugae duae sunt filiae dicentes affer affer Tria sunt insaturabi-
lia et quartum quod numquam dicit sufficit, infernus et vulvae et ignis.* Bene
vidit Jansenius haec omnia ad eandem pertinere sententiam sed in explicatio-
ne non videtur... Nota ergo per has melius a plerisque intelligi libidinem foe-
minarum in quo sensu non video quo modo aliter conjungi possint infernus,
terra et ignis nisi haec tria per comparisonem adducantur ad significandum
non minus esse insatiabilem foeminarum libidinem quam infernus, terra et
ignis verum haec essent valde exaggerata amplificatio praeterquam quod non
acquiescit animus donec ostendatur quomodo in eadem sententia ea quae
numquam saturantur prius dicantur esse duo et statim tria vel quatuor.

Ad hoc autem dico 1° illam frasim tria sunt insaturabilia et quartum quod numquam dicit sufficit, prorsus esse idioma linguae quod omnino aequivalet huic loquutioni [f.75] quod si quis per adulteram hic ut alibi saepe in hoc libro intelligere velit eam meretricem et adulteram quae opponitur sapientiae, non recuso et ea ratione in omni peccato cernere est incredibilem audaciam et quandam confidentiam latendi Deum.

13. *Per tria movetur terra et quartum non potest sustinere, per servum cum regnaverit, per stultum cum satiatus fuerit cibo, per odiosam mulierem cum in matrimonio fuerit assumpta et per ancillam cum fuerit haeres dominae suae.* Valde suspicor allegorice per ista quattuor significare appetitum sensitivum rationi imperatum, saturatum, collocatum et rationis jure fruentem, quattuor sunt minima terrae. Adest parvula atque disputa a quibus tamen discut sapientes, a formica providentiam, a lepusculo sive cuniculo cautionem, a locustis concordiam, a stilione sive laceta humilitatem. Pro stilione Pagninus reddit simion, Montanus araneam. Nostrae tamen lectionis sensus est multo aptior, stilio enim est como una lagartija o salamanquesa et huiusmodi bestiolae rependo agachándose y gateando fruuntur auras. Basilii earum testis ut videntur hae bestiolae pulchritudine delectari videmus enim lacertum consistere id est quasi contemplari hominis pulchritudinem et observare dormientem.

15. *Tria sunt.* Suspicio hanc loquutionem non pertinere ad laudem sed potius ad irrisionem ita ut feliciter incidere sit pavonarse, contonearse. Deinde vero suppono sic esse legendum ut emendavit Sixtus leo fortissimus bestiarum, gallus succintus et rex cui non est qui resistat ei, et qui stultus apparuit postquam elevatus est in sublime. Video lectionem hebraicam hodie non satis respondere Vulgatae in hoc loco sed nostra lectio habet aptissimum sensum et hebraica prorsus non cohaeret atque suspicor haec esse corrupta et ex nostra lectione corrigenda, nostrae autem lectionis sensus est regem insolentem et cui non est qui resistat similem esse in crudelitate atque superbia leoni, et in memoria etiam esse gallo, et in pertinacia arioli, bravo como un león, desmemoriadado como un gallo, y sopesa y da de cabeza como un carnero si se acordare de que él es hombre como los demás y de que puede errar y del ejemplo v.gr de Roboan, no fuera tan cruel ni de esa cabeza stultus apparet etc Rege adhuc sermo est.

[f.76] *Quattuor sunt insaturabilia et quae nunquam dicunt sufficit* et de hoc bene Jansenius quare non manet iam difficultas quomodo memorentur duo tria et 4 quomodo prius dicantur duo filiae sanguisulae et statim dicantur esse 4. Ad hoc autem dico 2°, in illis verbis sanguisugae duae sunt filiae significari semper esse duas filias sanguisugas, id est semper nasci gemellas et nullam sine sorore nasci quia non satiari dupliciter contingit, nempe

a productione et ad destructionem ait ergo cuicumque insatiabili cupiditati producendi, multiplicandi, pariendi, aedificandi, etc respondere aliam veluti sororem id est non minus insatiabiliter cupiditatem destruendi, dissipandi, occidendi, etc. Hunc esse sensum facile intelliget qui animadverteret os vulvae opponi inferno, et terram igni et in utroque pari loculenter cerni duas filias sanguisugae id est duas insatiabiles cupiditates sibi mutuo correspondentes sicut enim in animalibus os vulvae id est mater natura numquam concipere et parere satiatur sic infernus et perditio id est mors non cessat edere stragem nec unquam defatigatur. Et similiter in plantis sicut ad maturare, fecundare et producere sic vorantes mundusque impletur nec assumentes plantas saturatur. unde Eccli 33 et 19 contra malum bonum et contra mortem vita sic et contra virum justum peccator et sic... omnia opera altissimi duo et duo, de dos en dos, unum contra unum et caput 42 in fine *omnia duplicia unum contra unum* videmus nisi fallor legitimum... parabolaes sensum quod si adhuc desiderat quis intentionem Salomonis intelligere, id est videre quorsum dicat semper insatiabili cupiditati aedificandi seu congregandi respondere alia... Respondeo intentionem Salomonis esse ut ex huius veritatis profunda meditatione discamus despiciere ea quae diu conservare non possumus et bona animi quae magis sunt in nostra potestate cum magna cautela ab insatiabili demonis cupiditate custodiamus.

11. *Oculum qui subsannat patrem et qui despicit.* Elegantissime hoc Jansenius.

12. *Tria sunt difficilia mihi et quartum penitus ignoro, viam aquilae, viam viri, talis est et via mulieris adulterae [f.78v]* In huius parabolaes expositione facile sensi non tibi satisfacisse et mysticos qui adducuntur sensus non cohaerere cum clausula parabolaes quae sic habet. Dico ergo 1º, legendum esse viam viri in adulescentula, ut bene probat Jansenius et saltem dico quamvis legamus in adulescentia accommodanda est explicatio hebraicae lectionis sensum et per adulescentiam intelligi debet virgo clausa quod hic est idem nomen quam Isaías 7,14 cum dicit *ecce virgo concepit* etc.

Dico 2º viam viri in adulescentula aptissime intelligi de caeco illius amore qui virginem clausam omni studio atque ratione decipere contendit et cuius amplexu frui, tunc enim, apte dicitur que todo anda en fulana quando omnes eius cogitationes in illam tendunt. Huius ergo juvenis audaciam quasi admiratus, eam comparare aquila, colubri et navi, sic enim ait 4 sibi esse difficilia quasi diceret non minus se admirari quartum quod enumerat quam illa tria priora quae descripserat. In omnibus autem illis tribus cernitur nescio quid admirabile en el caminar por el aire las aves y por un risco arriba las cullebras y por el mar los navíos et praeter admirationem quam nostris sensibus afferunt illud etiam omnibus itineribus commune est quod nullum relinqui-

tur in via vestigium, ait ergo Salomon tale quid aggredi virum qui virginem clausam se assequi posse confidit, ingreditur enim rationem valde difficilem et admirationis plenam et in qua oportet ut itineris vestigium cerni possit ex eo enim utrique maximum periculum imminere in hoc ergo juvene videor mihi Salomonem loquentem et dicentem cómo es posible verte con ella eres un águila que has de volar, eres culebra que has de gatear por el muro arriba, eres un navío que has de vencer la dificultad que está en medio y si fuere menester caminar contra viento et audes sperare rem totam adeo secreto peragendam ut a nemine indagari possit cómo es posible verte con ella eres tu águila que has de volar, eres culebra que has de gatear por el muro arriba, eres navío que ha de vencer la dificultad que en medio y si fuere menester caminar contra viento et audes sperare rem totam adeo secreto peragendam ut a nemine indagari possit .

In explicatione hac mirifice cohaeret quod in textu sequenti talis non est via mulieris adulterae quae comedet et tergens os suum dicat non sum operata malum, similiter enim rem aggreditur difficultatis plenam et in qua summum vitae discrimen additur si vestigium flagitii relinquatur atque ita admiratur Sapiens foeminae quae comedit el bocado vedado et tergit os suum et quasi diceret et se facile dissimulaturum esse confidit. Haec omnia videtur esse legitima huius parabolae explicatio [f.77] rex cui non est cui resistat et qui stultus apparuit, rey que no se rinde a un hijo y que descubre su necesidad en lugar alto quod vero stultus appareat.

Probatur si enim intellexisset ori suo imposuisset manum porque si él se entendiera él se rindiera y no quisiera dar de cabeza y no oprimiera a sus vasallos.

Qui autem fortiter opprimit ubera exprimet butirum quiere apurar tanto las ubres por leche para hacer de ella manteca sino quiere sacar manteca hecha y sacarles de cuajo a las ovejas toda la grosura et denique adeo vehementer emulget ut eliciat sanguinem. Metaphora a naribus dicitur, quasi diceret apura tanto los vasallos que por fuerza ha de... et ita sequitur qui *provocat iras, producit discordias*. Omnino videtur Salomon ingenium Roboan calluisse atque illi timuisse. Hac parte de remedio voluisse providere.

[f.77] Caput 31

1º *Verba Lamuelis regis* etc. conveniunt omnes Lamuelem esse ipsum Salomonem et facit se in praesenti appellare quod Paulum mutato nomine sic cum appellaverit Betsabee mater eius dum lege consilia proponebat ut ea ratione explicaret valde se optare ut Deus esset cum illo id enim significal

Lamuel ipse Deus vel cum ipso Deus. Ego contra, suspicor propterea sapientem non se appellari Salomonem et per matrem Lamuelis non intelligatur Betsabet sed divina Sapientia quod enim Betsabet peperit Salomonem quod erat nomen naturae eundem divina sapientia adoptavit et Lamuelis appellatio insignivit nec vero solum nominis honorem sed veram rei dignitatem imperitari ab ea enim accepit Salomon ut esset Lamuel, id est ut Deus esset cum ipso *sapientia enim filiis suis verba inspirat*, ut habetur Eclo. 4,11, et appellatur mater honorificata et mater pulchritudinis.

Optime assumpto Lamuelis nomen regis qui cum gloria dignitatem ponit, de quo vere dicitur Deum esse cum ipso. Facit pro nostra explicatione quod alioquin non satis cohaeret haec esse verba Lamuelis et visionem quae... cum matre sua quomodo enim sunt verba ipsius si sunt verba matris ad ipsum.

2. *Quid dilecte mi.* quod matris affectus et pondus praeceptorum his verbis significatur nec mirum est adeo materna viscera tribui Spientiae [f.77v] quandoquidem illa vere dicere potest *numquid potest mater oblivisci filii sui? Etsi illa oblita fuerit ego non obliviscar.*

3. *Ne dederis mulieribus substantiam tuam.* Videtur ab scortatione et ebrietate dehortari et suadere ut in iudicio pauperes habeant commendatos et in hoc sensu optime explicat litteram Jansenius. Sed perpende cur haec tria consilia appellentur visio vel profetia, ex hoc enim verisimile fit sub cortice maiorem latere sapientiam et scortationis quidem et ebrietatis nomen quomodo soleant metaphorae explicari iam supra vidimus. Verum quia pauperibus in iudicio servare potius videtur accipiendum ut sonat idem scortatio. Eodem modo accipienda sunt. Et visionis nomen denotat paucos esse reges qui videant quantum haec intersint ac si diceret el secreto de este desengaño no lo descubre Dios sino a sus amigos.

Mulierem fortem quis inveniet. quae sequuntur usque ad finem capituli explicat optime Luisius Leo in eo libello qui inscribitur *La perfecta casada*. Verum ille cum Cayetano credit haec etiam verba referri a Salomone ut a matre Betsabe prolata quod est parum verisimile. Jansenius cum aliis credit non iam loqui matrem Salomonis sed ipsum Salomonem qua ratione crederentur haec omnia in laudem Betsabae fuisse scripta quasi commemoratis eius consiliis visum fuerit subiicere eloquium adeo sapientis matronae. Sed contra est quod hoc eloquium non valde conveniat ut singulariter prolata in laudem Betsabae.

Quare dico allegorice accipiendas has omnes laudes et eis contineri Sapientiae encomium. Si enim commemoratis matris consiliis eloquio matronae quod sequitur omnino referendum est ad eandem matrem nam supra ostendimus esse Sapientiam. Accedit quod non solum primis huius capituli consiliis sed integro libro aptissima clausula subiicitur ea ratione cum enim

omnia supra dicta a divina Sapientia profusa fuerint non potuit aptius claudi liber quam hoc adeo eleganti illius elogio.

Laus Deo et Virgini Matri

1. Venerabilis Beda, *Super parabolas Salomonis allegorica expositio*, c.25. ML 91,1014.
2. Sante Pagnini, Lucensi, *Lexicon hebraicum*. Lugduni 1577.
3. Fray Luis de León, O.S.A., *La perfecta casada*. BAC, 3.